

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 02 : De Tethye & Thetide](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 03 : De Tethys & Thetis](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 02 : De Thetys & Thetis](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VIII, 02 : De Tethye & Thetide, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 11/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/918>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 237r°-238r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses

- [Téthys](#)
- [Thétis](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

dicuntur fuisse Iuno educata, quod aqua in aera proximum cum rarior fit, sol-
uitur: atq; aer densior factus ad album Oceanum descendit in aquam ver-
sus, ut est elementorum inter se generatio. Hunc eundem oceanum tradi-
dit Orpheus, & omnes antiquorum Theologi principium ortus Diis & re-
bus extitisse: quia, ut sensit Thales, nihil sine humectatione nascitur aut pa-
trefcit; atque omnes elementorum qualitates, quas Deorum nominibus ap-
pellarunt, ex humore nascuntur. Taurinum autem caput Oceano tribuerunt
antiqui propter vim ventorum, a quibus excitatur & impellitur, vel quia
tauris similem fremitum emittat, vel quia tanquam taurus furibundus in
licora feratur, cuiusmodi finguntur esse etiam fluvii, fabulati sunt propte-
rea Oceanum fuisse amicissimum Prometheo, quoniam nauigantibus per
Oceanum maxima prudentia & peritia opus sit, non solum ut siderum ductu,
quo cupiunt perveniant, sed etiam peritia opus est in observandis & devitan-
dis scopulis, in multo ante cognoscendis tempestatibus ac ventorum signis,
& in omnibus denique vitandis, quae possunt nauigantes in summum disci-
men inducere: Quae eadem etsi utilia sunt in mari Mediterraneo, non tamē
tantopere videntur necessaria. Huius uxorem fuisse Thetym dixerunt, de
qua paulo post dicetur. Oceani filii tam multi & filiae fuisse dicuntur, quia
ex vaporibus, qui calore solis sublimes tolluntur, gignuntur fluviorum aquae,
& fontes ut putarunt antiquorum nonnulli. nam etsi voluit Arist. fontes ex
aere in locis caavernosis in aquam verso procreari, tamen si diutius siccitas
coeli extiterit, neque fiant imbres, vel penitus arescere flumina & fontes,
vel ad tenuissimum cursum deduci videmus; quare etsi non tota, maior ta-
men pars fluviorum & fontium ita procreatur, ut apparet. inter filios Ocea-
ni Tyche connumeratur, quae fortuna est, quia fortunatos esse oportet na-
uigantes, & oēs illos, qui se ventorum fidei committunt. atq; ut summatim
dicam, per Oceanum fabulosum rerū naturalium generationem, & necessariam
esse nauigantibus prudentiam significarunt. at nunc de Tethye dicamus.

De Tethye & Thetide.

Cap. II.

30

Tethys, quae uxor fuit Oceani, Terrae & Coeli filia & ipsa fuit, ut ait He-
siod. in Theog.

Ἠὲ καὶ Τηθύς, ἧς ἦν ἡ γένεσις Περσέϊδι.

Ἠὲ καὶ Τηθύς, ἧς ἦν ἡ γένεσις Περσέϊδι.

Ἠὲ καὶ Τηθύς, ἧς ἦν ἡ γένεσις Περσέϊδι.

Ἠὲ καὶ Τηθύς, ἧς ἦν ἡ γένεσις Περσέϊδι.

Oceanum Caelo peperit, cui vasta profunda,

Et simul Iapetum, Coenonq; Rheumq; Themimq;

Mnemosen, Thiam, Crumq; Hyperiona, Tethym

Formosam; Phœbenq; coma est cui cincta corona.

Hanc deorum matrem appellarunt, cum pater illarum esset Oceanus. The-
tis vero, quae priore aspirata legitur, Chironis filia fuit, ut ait Epicharmus
in Hebes nuptiis;

Ἠὲ καὶ Τηθύς, ἧς ἦν ἡ γένεσις Περσέϊδι.

Ἠὲ καὶ Τηθύς, ἧς ἦν ἡ γένεσις Περσέϊδι.

Puella vix Chironis horum fugerat

Currens Ithetis.

O o o

at Home.

Mythologiae I

At Homerus tamen in hymno in Apollinem Nerei filiam fuisse significat
vir in his; Ἀλλ' ἱερὰς θυγάτηρ Διὸς Ἀργεῖος ἦν
αἴσα.

Candida sed cepit mox illum filia Nerei.

Quod etiam testatus est Anaxandrides Rhodius, ubi Thetim de se ipsa lo-
quentem introducit in his carminibus;

Ἐγὼ γὰρ μὲν ἄλλοις τοῖς ἀνθρώποις

Διὸς θυγάτηρ Νηρέος καλεῖσθαι.

10

Deas marinas inter haud ingloriam

Thetim vocatur Nerei me filiam.

Et Euripides in Iphig. in Aulide;

Μὰ τὸν Διὸς υἱὸν ἀνατρεῖ τετραμῖνος

Νηρία φουρρῖον Διτῖδι, ἥ μ' ἰσχυρὰ.

At non per vndis educatum Nereum

Thetidis patrem, cuiusq; ego sum filius.

Hæc fuit vxor Pelei, atque dicta est omnium mulierum fuisse forma præstan-
tissima; de cuius nuptiis ita scribit Apollodorus, Δία καὶ νεπείδων μέγας φελοῖ

20

ἱερὰν πρὸ γάμου τῆς Διτῖδος, Διὸς δὲ καὶ τραπεζῆς ἐφ' ἧρας, καὶ Διὸς τῇ Διὶ θυγατρὶ,
Θητιδὶ θυγατρὶ τῆς Διᾶς, θυγάτηρ ἐφ' ὧν αὐτῶν. Inquiunt enim Iovem ac Neptu-
num solos de nuptiis contendisse. At Thetim noluisse congredi cum Ioue,

quia fuisset à Iunone educata: quomobrem iratus Iupiter, illam mortali
dedit in matrimonium, ut est lib. 1. 1. Metam. apud Ovid. Alii dixerunt Apol-
linem vni cum Ioue & Nepruno de illius nuptiis contendisse, sed omnes fuisse
à Prometheo, vel, ut aliis magis placuit, à Themide deterritos, quod ex
illa filius parte præstantior esset oriturus. Scriptum reliquit Isacius Pe-
leum Chironis consilio Thetim comprelsisse, cum in varias formas mutaretur,
atque in sepiam denique fuisset conuersa. id cum in loco Thessaliæ Ma-
gnesiæ accidisset, locus ipse Sepias dictus fuit, ut ait Zetz. hist. 46. chil. 1. ce-
lebratae sunt autem Pelei & Thetidis nuptiæ in Pelio monte, ad quas omnes

30

Dii præter Discordiam conuenerunt: quæ pomum aureum in locum nuptia-
rū iniecit, ἡ δὲ Ληστὶς. Contulerunt huic omnes Dii munera: Pluto Sma-
ragdum insignem, Neptunus equos Xanthum & Balliam, Vulcanus cultrum,
& dii ceteri alia, Nam ita mos fuit antiquorum, ut cum donis ad nuptias con-
uenirent. Sequentibus postea temporibus & alios filios & Achillem Thetis
Peleo genuit, quos cum sub igne per noctem occultaret, ut quod mortale ef-
set absumeretur, mortui sunt. Achilles vero Ambrosia per diem inunctus,
& sub igne per noctem occultatus dicitur aliquantulum perdurasse, donec re-
à Peleo deprehensa Thetis irata se in numerum Nereidum receperit. Atque
eo tempore Achilles vocatus fuit Pyrisous, tanquam ab igne seruatus, &
40 Chironi educandus datus fuit, & postea Achilles ob eam causam, quod ex
suo labro careret dictus, ut ait in his Agamestor;

Πυρρὸν οὐνοιο Διὸς πυρίου, ἀλλ' ἐχρήσα

Πηλὸν κλέπτειν χρὸναι δεινὰ μιν,

ἀνέστη δὲ κίον πύργῳ ἐνὶ πύρρῳ ἀπὸ μαρμαί,

χρὸναι αἰθέρῳ ἀπορραγῶν ἱστῖον.

Additur huic nomen Pyrisous. ipse at Achillem

De labri Peleus nomine dixit eum:

Sub cinere exulsit puero quia pruna iacenti

Sub

Vnum de labris, hinc quoque nomen habet.

Fuerunt qui dixerint Thetidem non sub flamma solitam esse occultare filios & Peleo susceptos, sed in leberem aquæ bullientis iacere, vt experiretur an mortales geniti essent. atque hinc de Thetide filia Nerei. Tethys Oceani vxor, sororq; Titani Ephyren peperit, quæ nupsit postea Epimetheo; & Pleionem Atlantis vxorem, de qua sic ait Ouid. lib. 5. Fast.

Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethym.

Qui terram liquidis, quæ pater, ambit aquis.

Hinc sata Pleione cum cœliferò Atlante

Iungitur vt fama est, Pleiadæque parit.

10

Verum siue Thetidem nominemus, siue Thetym, vtraque Dea fuit marina, & Tethys putanda est ipsa aquæ moles, quæ ad generationem coalescit. Thetis vero aquæ elementum, vt patet ex Pollione Virgilio;

Pauca tamen suberunt priscæ vestigia fraudis,

Quæ tentare Thetis ratibus, quæ cingere muris

Oppida :

Nam nisi sit Oceanus vniuersa aqua, ac materia Tethys ad generationem concreta, ridiculum sanè erit mare etiam vxorem habere. cū igitur ea materia, ex qua cuncta gignuntur, coalescit, illa Deorum & animalium omnium mater dicta est. Quod attinet ad nuptias Pelei, scriptum reliquit Staphylus in libro de Thessalia Chironem rerum astronomicarum peritissimum voluisse Peleum illustrare, quare tempus obseruauit, quo futuri essent magni imbres, atque famam in homines dissipauit quod Ioue concedente Peleus Thetidem esset vxorem ducturus, ad quas nuptias Dii cum pluuia & magna hyeme forent venturi. cum tempus igitur huiusmodi aduentasset Peleus duxit Philomelam Aëtoris Myrmidonis filiam : sed tamen nomen de Thetide inualuit, verum de his alibi copiosius dictum sit hæc de Thetide sufficiant. at nunc de Tritone dicamus.

20

De Tritone.

Cap. III.

30

TRITON Deus marinus, quorum filius fuerit, non conuenit inter scriptores. Hesiodus Neptuni & Amphitrites illum filium fuisse dicit in Theog. in his;

Ἐκὼ ἀμφιτρίτης, καὶ τριτύπῳ ἀντιτρίτων
τρίτων ἰσχυρὸς γένετ' ἄριστος, ὅστις θαλάσσης
Πόδας ἔχει, παρὰ μητρὶ φίλος καὶ πατρὶ ἀσπας
Ναῖον χρίσας δὲ, δαίμων Διὸς.

Inde Amphitrite Neptunoque editus ipse

Est Triton Deus insignis, qui vasta profunda

Cum patre & cum matre colit; quicq; aurea tecta

Incolit eximius Deus.

40

Acesander verò Eurypylium & Tritonē filios fuisse Nepruni & Celænus scriptum reliquit, ac Steropem Solis filiam nupsisse Eurypylo, cui genuit Lycenem & Leucippum. At Numenius in libro de Piscationibus Oceani & Tethyos filium Tritonem fuisse inquit. Lycophron Nerei filiam putauit, vt patet in his carminibus, in quibus inquit poculū donatum fuisse Tritoni a Medea, quoniam is Argonautas rexit, cum in syrtis incidissent.

O O O 2

αλυσία